1) 1524 lesen wir, daß der Organist zu St. Nikolai dabei gegen einen Groschen Entschädigung die Orgel zu spielen hatte. Vgl. Zarncke, Acta Rectorum S. 6, 3 ff.

2) A. a. O. S. 132, 29 ff.

3) Quatemberfasten.

deret'. Die Universität wollte jedoch von dem herkömmlichen Donnerstag nicht weichen. Borner gab es auf, die Sache weiter zu verfolgen.

<sup>1)</sup> Als der Pfingstquatember 1540 nahte, schickte die Universität zu dem Superintendenten Pfeffinger zwei Abgesandte mit der Frage, ob die Universitätsmesse, da der Chor der Nikolaikirche gebaut wurde, in der Paulinerkirche abgehalten werden dürfte. Obgleich Pfeffinger zunächst zustimmte, verbot er dann doch die Veranstaltung der Messe, 'quam non Christianismo, sed potius theatro dignam agnoscit, vulgo appellavit ein spectakl meß'. Daraufhin bat der Rektor um die Genehmigung, daß die Universität 'bacalaureandorum et iuventutis gratia actum aliquem celebrem missae vice cum concione latina' veranstalte. Der Superintendent gewährte dies. Arnold Westenfeldes wurde mit der Predigt beauftragt. Weiterhin sollten sie der Reihe nach die übrigen Fakultätsmitglieder übernehmen. Aber auch hierzu kam es nicht, da sich kein Tag fand, der Pfeffinger als passend erschien. Nunmehr wandte sich die Universität an den Landesherrn mit der Bitte, es möchte ihr gestattet werden, 'si non missam, saltem actum aliquem missae loco promovendorum et iuventutis gratia et ne universitatis statuta in hoc casu cassarentur, pro antiquo tempore angariarum more celebrare'. Der Landesfürst ließ dem Rektor am 24. August eröffnen, 'ut porro universitas temporis ratione habita sacrae liturgiae loco celebrem alioqui actum psalmis et latina concione in laudem et gloriam dei optimi maximi iuventutisque et totius communitatis incrementum libere peragat maiorumque statutis gaudeat cum offertoriis oblatione'. Wir hören nur von einer einzigen derartigen Feier. Sie fand am Donnerstag nach dem Herbstquatember (16. September) 1540 statt. Der Rektor, Ulrich Steudler hielt, da sich kein anderer bereit fand, 'necessitate compulsus' im Chor der Nikolaikirche die Rede über das nach den oben geschilderten Vorgängen sehr naheliegende Thema: 'de patientia praesenti seculo admodum necessaria'. Er

---

1) A. a. O. S. 139, 4 ff.

schloß seine Rede mit dem üblichen Gebete<sup>1</sup>. Er hat darüber und über den Eindruck des Gebetes folgendes aufgezeichnet: ‘iuxta antiquum ritum pro totius Christianismi statibus in orationis fine oravit, et primo pro spirituali, ut pro papa et suis praelatis his verbis: <fratres, orate primum pro papa, Christi vicario et totius Christianismi servo, ut deus omnipotens suum suorumque praelatorum corda illuminare dignetur ad cognitionem sanctissimi verbi et ad concordiam Christianae ecclesiae>. Deinde eadem ratione pro Sigismundo a Lindenau, Mersenburghensi episcopo, universitatis conservatore intercessit etc. Sed hac pia intercessione et singulariter appellatione papae et episcopi non tantum concessionatores, sed etiam senatus maior pars una cum ignobilis vulgo ad rectoris personam incriminandam ac confundendam concitati. Tantae energiae est papalis episcopalisque dignitatis mentio, maxime apud illos, qui se verbo saltem Christianos iactitant, ut pietatis cultores habeant exosos tanquam pestem praesentissimam’.

Die Universitätsmesse war endgültig beseitigt.

## II. Sermones ad clerum.

Die sermones ad clerum im Universitätsbetrieb haben mit dem kirchlichen Klerus nichts zu tun. Clerus bedeutet hier die Universität selbst<sup>2</sup>. Auch sie waren eine allgemeine Einrichtung<sup>3</sup>. Waren sie die pflichtmäßigen Kollationen der Baccalare, so wurden sie in Disputiersälen gehalten. In Heidelberg mußte ‘quilibet ad licenciam admissus’ jährlich eine ‘collatio sibi assignanda’ halten, deren Manuskript von dem Magister des betr. Bakkalars zu prüfen war<sup>4</sup>. Jeder Doktor und Bakkalar mußte jährlich eine ‘Collatio ad universitatem’ halten<sup>5</sup>.

1) Vgl. oben S. 80.

2) Vgl. Kruel, Geschichte der deutschen Predigt im Mittelalter. — 1879, S. 214.

3) Clement. III. tit. 7, c. 2: In studiis generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus praedicari solemniter consuevit.

4) Winkelmann a. a. O. I, 22. 103.

5) A. a. O. 151, 6; 158, 20. Diese Collatio wurde wohl in der Kirche bei der Universitätsmesse gehalten.

Die Leipziger Statuten schreiben jedem Kursisten vor 'quolibet anno usque ad sententias sine contradictione semel praedicare' <sup>1</sup>. Ferner wird bestimmt: 'baccalarius praedicatorus ad clerum tenetur sermonem suum in scripto dare facultati' <sup>2</sup>. Diese sermones seu collatiunculae ad clerum pflegten im Lectorium ordinariarum disputationum gehalten zu werden <sup>3</sup>. Sie waren also pflichtmäßige Probe- oder Übungsreden, die sich von den sermones in missa universitatis in nichts unterscheiden. Johannes Kune hat z. B. dieselbe Predigt als sermo ad clerum und bei anderer Gelegenheit gehalten <sup>4</sup>. Ja, es scheint fast, als wäre der Sermo ad clerum mitunter auch in der Missa universitatis selbst gehalten worden. So finden wir in der Leipziger Handschrift Nr. 1478 <sup>5</sup> einen 'Sermo ad clerum 5<sup>ta</sup> feria post Invocavit', also am Tage der Universitätsmesse.

Als Tage, an denen Sermones ad clerum gehalten wurden, erkennen wir aus den beiden Handschriften Nr. 865 und 866 Weihnacht, Ostern, Pfingsten und Mariä Himmelfahrt. Wenn aber, wie sicher anzunehmen ist, viele Sermones als sermones ad clerum anzusprechen sind, auch ohne daß sie ausdrücklich diese Bezeichnung tragen, so würden auch noch Johannistag und Mariä Verkündigung vertreten sein (Handschr. 865, 55. 14. 51 — sämtlich von ungenannten Predigern; auch Handschr. 1478 Bl. 210 steht eine Predigt am Tage der Verkündigung Mariä).

Bakkalarpredigten mit Korrekturen von anderer Hand, also wohl von der Hand derer, denen sie nach den Statuten vorzulegen waren, liegen uns in der Leipziger Handschrift Nr. 204 vor <sup>6</sup>. Hier finden wir Bl. 257 eine Predigt von

1) Zarncke, Statutenbücher S. 549.

2) A. a. O. S. 550.

3) Zarncke, Die deutschen Universitäten im Mittelalter S. 172. 173.

4) Handschr. 866, 98 = 866, 130.

5) Bl. 78. Vgl. Zarncke, Die urkundlichen Quellen zur Geschichte der Univ. Leipzig. 1857, S. 729 f.

6) Die Handschrift stammt von Michael Schmelzer in Altzelle (1486). Die hier berührten Predigten, von verschiedenen Händen geschrieben, finden sich am Ende des Bandes.

baccalarius Leonhardus gehalten 'in die sancti Benedicti' (21. März) über 4 Mos. 27, 12 (5 Mos. 32, 49); Bl. 259 eine Pfingstpredigt über Apg. 2, 4 von baccalarius Martinus und von demselben Bl. 263 eine Predigt<sup>1</sup> 'in die visitationis Mariae' über 2 Mos. 13, 22. Die Vermutung liegt nahe, daß diese Bakkalare dem Leipziger Bernhardinerkollegium angehörten<sup>2</sup>.

### III. Kasualpredigten.

Über „Leipziger Universitätspredigten zu Ehren Friedrichs des Streitbaren und seiner Familie (1420—1428) ist bereits in Band XXXV S. 25—28 des Neuen Archivs berichtet worden.

Unsere beiden Handschriften enthalten noch folgende Kasualpredigten:

1. Collatio facta per doctorem Andream de Broda in susceptionem Archiepiscopi Colonensis<sup>3</sup> per universitatem in Lypczk eundo ad Prusiam<sup>4</sup>. Ist die Reihenfolge der Predigten in unseren Bänden einigermaßen chronologisch, so würde diese Collatio in das Sommersemester des Jahres 1422 und zwar vor den 16. September fallen. Um ihrer Eigenart willen sei dieselbe in ihrem vollen Umfange mitgeteilt:

Ave Maria gracia plena, dominus tecum. Reverendissime pater et domine gracie. Auribus nostris audivimus et celebri fama vulgatum est, quod iam oculis contemplamur, paternitatem vestram videlicet terram Prutenorum velle proficisci ad succurrendum ei contra pressuras, quas patitur, auxiliis et remediis optimis. Quapropter alma nostra Lipcensis universitas vestram paternitatem suscepit cum ea, qua potest reverencia, veluti magnum, eximum ac strenuum fidei zelatorem optatque ac desiderat, ut dominus deus gressus vestros dirigat, prosperum iter faciat, ducat ac reducat, ab omni malo custodiat, protegat et defendat. Unde affectuose dominus rector hic praesens et domini doctores et magistri nomine tocius universitatis ad dominum oracionem dirigunt

1) Sie bezeichnet sich als collatiuncula.

2) Vgl. Wustmann, Geschichte der Stadt Leipzig. I. Band. Leipzig 1905, S. 109.

3) Dietrich Graf von Mörs.

4) Handschr. 865, 26.

atque dicunt: 'O domine, bene prosperare' ps. 117<sup>1</sup>. O domine, qui es dominus noster, qui es dominus universorum, qui es 'rex regum et dominus dominantium' apo. 19.<sup>2</sup> In cuius manu sunt omnium iura regnorum, in cuius 'dictione sunt cuncta posita' Hester 13<sup>3</sup>. Qui conteris bella, Cui nemo potest resistere Judith ult.<sup>4</sup> Tu, inquam, o domine, bene prosperare, prosperare, petimus, o domine, in eundo, in agendo, et in redeundo: In eundo confer sanitatem, In agendo prosperitatem, In redeundo post felicem triumphum eternam iocunditatem.

Quantum ad primum, petimus, ut ipse dominus in eundo vobis, reverendissime pater, et vestris fidelibus militibus et clientibus vobiscum euntibus conferat sanitatem. Ipse namque 'sanat contritos corde' ps. 146<sup>5</sup>. Ipse, non 'herba neque malagma', sed sermone suo 'sanat omnia' sap. 16.<sup>6</sup> ipse, inquam, dominus, qui vobis in terris et provinciis donavit et concessit facere pacem et tranquillitatem, speramus, prout et petimus, ipse vobis in eundo conferat sanitatem. Vos enim, Reverendissime pater, per dei gratiam terram Bestvaliae vestris strenuis laboribus pacificastis, dum raptiores, praedones et alios nocivos homines eliminastis, qui a longis retroactis temporibus probos homines multipliciter molestabant. Vos eciam, Reverendissime pater, cooperante gracia dei sanctam ecclesiam vestram Coloniensem vestra diligencia et sudorosis laboribus ad libertatem pristinam reduxistis, dum ei Paddebornensem ecclesiam, quod vester praedecessor non potuit, potenter ac debite subiugastis. Haec non dico uobis adulando, sed dei omnipotentiam in vobis collaudando, fecistis et facitis, Reverendissime pater, secundum consilium apostoli beati Pauli dicentis ad gal. vj. 'dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei'<sup>7</sup>. Jam enim vaditis ad protegendum 'domesticos fidei', videlicet ipsos Prutenos, qui non solum domestici fidei possunt dici, sed eciam defensores. Nam istius partis Almanie sunt velut fortis clipeus atque murus. Exponitis, Reverendissime pater, nedum substanciam et pecuniam, nedum vestram fidelem familiam, sed, quod maximum est, eciam personam propriam pro defensa fidei Christianae. Quapropter audite, Reverendissime pater, scripturam vos et vestros comites itineris non modice consolantem. 'Nolite timere nec paveatis hanc multitudinem, scilicet Littwanorum, non est enim vestra pugna, sed dei, 'non enim vos eritis, qui dimicabitis, sed tantummodo stabitis confidenter, videbitis auxilium dei super vos' secundi paralip. etc.<sup>8</sup> 'Quia non relinquit dominus virgam peccatorum

1) Ps. 118, 25.

2) Apok. 19, 16.

3) Esth. 13, 9.

4) Judith 16, 17.

5) Ps. 187, 3.

6) Sap. 16, 12.

7) Gal. 6, 10.

8) 2 Chron. 20, 17.

super sortem iustorum' ps. 124.<sup>1</sup> Sed perficiet gressus vestros in semitis suis, ut 'non moveantur vestigia'<sup>2</sup> vestra, ymo nec ab egritudine nec ab lue collidantur, et hoc optamus et petimus pro primo, ut dominus deus vestrae paternitati in eundo conferat sanitatem.

Quantum ad secundum, ut dominus deus paternitati vestrae in agendo tribuat prosperitatem. Confidimus in domino, quoniam, 'qui cepit in vobis opus bonum, superne per inspiracionem perficiet' philipp. j<sup>o</sup>.<sup>3</sup> 'Non est enim nobis collectatio adversus, carnem et sanguinem' i. e. adversus bonos christianos, 'sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum' eph. vj.<sup>4</sup> Speramus denique et confidimus, quod prosperitas stultorum eos prover. primo<sup>5</sup>. Stultorum, inquam, fidem christianorum oppugnancium, nam 'elevati sunt admodum, sed non subsistent et humiliabuntur' Job 24<sup>6</sup>. Quapropter, Reverendissime pater, 'viriliter agite et confortetur cor vestrum' ps. 30<sup>7</sup>. Quoniam non est in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est' primi Mach. 3<sup>o</sup>.<sup>8</sup> Hinc ergo speramus et petimus, ut dominus celestis in agendo vobis conferat prosperitatem, et tantum de<sup>2</sup>.

Quantum ad tertium, petimus et affectamus, ut dominus deus post felicem triumphum letum concedat redditum et post bonos et longos dies eternam tribuat iocunditatem, petimus igitur pro felici triumpho, 'ne dicant gentes: ubi est deus eorum?' ps. 115<sup>9</sup>. 'Facile' namque 'est multos concludi in manibus paucorum, et non est differencia in conspectu dei celi salvare in multis vel in paucis' primi Mach. 3<sup>o</sup>.<sup>10</sup> 'Quomodo' namque 'unus persequebatur mille et duo fagabant 10 milia' deu. 32.<sup>11</sup> sic et nunc potest. Qui dedit victoriam Abrahae cum trecentis xvij vernalibus contra 4<sup>or</sup> reges gen. 14.<sup>12</sup> sic et nunc potest. Qui fecit, ut muri Jericho ruerent ad sonitum sacerdotalium buccinarum Josue vj.<sup>13</sup> ita nunc potest. Qui fecit, quod Gedeon cum ecc viris superaret Madean Judicum vij.<sup>14</sup> Qui dedit Sampsoni fortitudinem, ut mandibula asini interficeret mille philisteos Judicum 15.<sup>15</sup> Ita et vobis fortitudinem concedere potest. Qui misit angelum, ut de exercitu Zenacherep una nocte prosterneret exercitum assiriorum et interficeret 185 milia virorum 2. paral. 19.<sup>16</sup> Sic petimus et optamus, ut ipse dominus prosternat adversarios

1) Ps. 125, 3.

2) Ps. 17, 5.

3) Phil. 1, 6.

4) Eph. 6, 12.

5) Spr. 1, 32.

6) Job. 24, 24.

7) Ps. 31, 25.

8) 1 Makk. 3, 19.

9) Ps. 115, 2.

10) 1 Makk. 3, 18.

11) 5 Mose 32, 30.

12) 1 Mose 14, 14.

13) Jos. 6, 13 ff.

14) Richt. 7, 7 ff.

15) Richt. 15, 15 ff.

16) 2 Kön. 19, 35.

vestros, prosperetur vobis donetque felicem triumphum et victoriā et post hoc letum et iocundum ad propria redditum, postque longam et bonam, quia non habemus hic manentem<sup>1</sup>, in futura iocunditatem et vitam conferat sempiternam Jhesus Christus, Mariae filius, qui est deus in secula benedictus.

2. Sermo M. Georgii de Cella contra Hussitas et Biclefistas.<sup>2</sup> Dieser am 2. Sonntag nach Trinitatis (1425 oder 1426?) gehaltene Sermon schließt sich an die Worte des Sonntagsevangeliums: 'Parata sunt omnia' (Luk. 14, 17) an und stellt das Thema auf: 'Duo memoriae commendanda nostrisque temporibus suborta, videlicet vasa ini- quorum ad eternam contumeliam aptata et vasa electorum ad eternam gloriam praeparata. Prima vasa sunt abscisi heretici et perversi Bohemorum Hussitae, secunda vasa sunt electi cruciferi et charactere crucis fideliter insigniti.' — Das Urteil des Redners über Wiclef und Hus knüpft an an Hosea 7, 16: 'facti sunt quasi arcus dolosus': 'Arcus enim dolosus est, qui vulnerat dirigentem. Sic heretici autoritate scripturarum autorem salutaris doctrinae impugnantes sibi mortem inferunt. Hi male operantes et de Christo hodie per- versa sentientes <in malitia sua laetificaverunt regem><sup>3</sup> i. e. diabolum <et in mendaciis suis> doctrinae <principes> huius mundi, quorum sapientiam deus destruit. In nostris enim vel quorumcunque peccatis gaudent principes tenebra- rum, per regem, qui prius heresim reperit, possum ipsum Wyclef non incongrue significare et per principes ipsum damnabilem Johannem Huß cum socio suo Hieronymo, qui praepositi hereticorum et aliquorum Bohemorum populis falsum sibi vendicaverunt sacerdotium, verum sacerdotium Christi abnegantes, quod tamen hodie sancta Romana ecclesia tenet et approbat'.

3. Sermo doctoris Johannis de Halbirstat fac- tus in exequiis doctoris Andreae de Broda<sup>4</sup>, gehalten über Joh. 11, 25: 'Etiam si mortuus fuerit, vivet'.

1) Ebr. 13, 14.

2) Handschr. 865, 199.

3) Hos. 7, 3.

4) Handschr. 865, 210.

Wir teilen die Einleitung, das Thema und das Schlußgebet mit.

**Einleitung.** Reverendissimi patres, doctores, Magistri etc. Cogitanti mihi de morte beatissimae memoriae magistri Andreæ de Broda, doctoris excellentissimi sacrae paginae, qui gloria extitit specialis Bohemorum, ymmo honor omnium theologiae facultatis doctorum necnon et huius almae universitatis singulare lumen omnium magistrorum, Cogitanti igitur mihi de memorati eiusdem doctoris nobis, ymmo toti ecclesiae utilissima ac gratisima præsencia, de ipsius absencia corporali atque obitu temporali, plus libet flere quam aliquid dicere. Karissimi et reverendi mei, quis non inducit genitum aut fletum aut quis mente attonitus non obstupescat? ‘Vox’ enim ‘in Rama audita est’, non tantum ‘ploratus’, sed ‘et ullulatus’. Ecce enim in arduis doctorem nostrum certissimum, in dubiis directorem nostrum irrecuperabiliter amisimus. Heu, heu, quid dicam? deficiendum esset præ tristitia et dolore. Et revera rennusset consolari anima mea et tribularer nimis, nisi multorum sanctorum dictis exemplisque consolarer. Jeremias namque 22. c. dicit: ‘Nolite flere mortuum neque lugeatis super eum fletu’<sup>2</sup>. ‘Eciam si mortuus fuerit, vivet’<sup>3</sup>, ubi supra. Reverendi mei, quod filii Israel planxerunt mortem Moysi 30 diebus deuter. ult.<sup>4</sup> Econtra autem legitur, quod Samuelem mortuum ‘planxit omnis Israel’ 1. R. 28.<sup>5</sup> et ecclesi. 22. dicitur: ‘supra mortuum plora, defecit enim lux eius’<sup>6</sup> et ibidem ‘luctus mortui septem diebus’<sup>7</sup>. Ut igitur scire valleamus, super quos mortuos plorare aut gaudere debeamus, et ut ad compaciendum et succurrendum nostris suffragiis defuncto doctori efficacius incitemur, Mariam virginem, matrem gracie, omnes devocius salutemus pro hac gracia impetranda dicentes: Ave Maria, gracia plena.

**Thema.** Triplex est de hac vita transitus sive mors: una est sanctorum, altera peccatorum, 3<sup>a</sup> penitentium. Prima est pretiosa, 2<sup>a</sup> pessima, 3<sup>a</sup> multum penosa. De prima morte sunt laudandi, de altera deplorandi, de 3<sup>a</sup> beneficiis invandi.

**Gebet am Ende.** Oremus, dilectissimi, deum patrem cum filio et spiritu sancto pro bono ac tranquillo statu ecclesiae catholicae, quatenus sic custodiat, foveat, visitet et defendat omnes habitantes in ea, ut destructis adversitatibus et erroribus universis secura sibi serviat libertate. Post hoc oremus pro sanctissimo in Christo patre et domino domino Martino huius nominis 5<sup>to</sup> divina providencia papa moderno, ut deus, qui ipsum pastorem ec-

1) Matth. 2, 18.

2) Jer. 22, 10.

3) Joh. 11, 25.

4) 5 Mose 34, 8.

5) 1 Sam. 28, 3.

6) Sir. 22, 10.

7) Sir. 22, 13.

clesiae suae esse voluit, det ei verbo et exemplo, quibus praeest, proficere, ut ad vitam cum grege sibi commisso perveniat sempiternam. Item oremus pro bono ac concordi statu Reverendissimorum patrum et dominorum dominorum cardinalium ac omnium Reverendissimorum ecclesiae praelatorum, scilicet patriarcharum, primatum, archiepiscoporum, episcoporum, praecepue Reverendi in Christo patris et domini domini Nicolai dei gratia episcopi Merseburgensis, huius almae universitatis cancellarii dignissimi necnon et aliorum praelatorum et ecclesiae ministrorum, quatenus gratia domini nostri Jesu Christi sibi commissorum gregum bono regimine semper praeveniat et sequatur ac bonis operibus iugiter praeestet esse intentos. Insuper oremus pro pacifice ac salubri statu huius almae universitatis, quatenus dominus deus sic ipsius supposita multiplicare, regere ac in agendis dirigere dignetur, ut sibi in veritate complaceant et quae praemiorum ac scientiarum incremento digne postulant, assequantur. Oremus etiam devote pro bono ac religioso statu ordinis praedicatorum<sup>1</sup>, aliorum religiosorum, ut domino Jesu largiente et extra regularibus disciplinis et intus semper spiritualibus proficiant incrementis. Praeterea rogo fideliter, ut oremus pro felici ac prospero successu serenissimi regis Romanorum ac suae praeclarissimae consortis, quatenus dominus Jesus propter suam misericordiam ipsum ac sacrum Romanum imperium ab omnibus tueatur adversis, ut et ecclesiasticae pacis obtineat tranquillitatem et post istius temporis cursum ad eternam perveniat hereditatem. Item oremus pro felici ac tranquillo statu illustrissimorum principum et dominorum domini Friderici ducis Saxoniae ac sacri Romani imperii archimacii dignissimi, necnon lantgravii Thuringiae et marchionis Mysnae et liberis eiusdem, ut dominus deus multiplicet super eos misericordiam suam, quatenus sic tractent, regant, gubernent ac transeant per bona temporalia, ut non amittant eterna. Postremo oremus pro omnibus christifidelibus vivis et defunctis et specialiter pro nobis ipsis invicem, ut a peccatorum nostrorum nexibus, quae pro nostra fragilitate contraximus, domini Jesu Christi benignitate liberemur. Amen.

4. Exhortatio pro defunctis facta per Magistrum Stanislau de Wratislavia<sup>2</sup>, gehalten über 2 Mose 20, 19: 'Moriamur' in einem Meßgottesdienst zum Gedächtnis der fundatores et benefactores universitatis<sup>3</sup>.

1) Der Prediger ist Dominikaner. 2) Handschr. 866, 231.

3) Bz. eines Anniversarius für die der bayrischen Nation angehörenden Verstorbenen vgl. Zarncke, Die deutschen Universitäten usw. S. 184.

Nach der Einleitung, die mit den Worten: 'Quia non sufficeret ceterorum sanctorum subsidium, nisi affuerit Mariae matris gratiae patrocinium, idcirco pro gratiae ademptione sibi dicamus affectione pia menteque serena: Ave Maria, gratia plena' schließt, stellt der Prediger das Thema auf: 'Sunt quidam, quibus mors est odibilis et amara eorum malitia id exigente, quidam vero, quibus mors est appetibilis et precata eorum iustitia id promerente'. Diese beiden Teile werden so behandelt, daß denen, denen der Tod 'odibilis et amara' ist, nämlich den 'avari et pecuniosi', 'lubrici et libidinosi', 'increduli et superstitionis' immer die, denen er 'appetibilis et precata' ist, gegenübergestellt werden.

Im Gegensatz zu den ersten 'magnifici principes huius almae universitatis liberales fundatores celebri et piae recordationis, ut iam inclita domina domina Katherina<sup>1</sup>, domini Friderici olim illustris ducis Saxonie et marchionis Misnae contoralis, quae praesentem universitatem in fabrica paedagogii non parum dilatavit<sup>2</sup>, cuius occasionis inclita facultas artium hanc memoriam annuatim in antea non irrationabiliter peragere decrevit, hi, inquam, omnes una cum suis, quorum hodie memoriam agimus, bona sibi divinitus concessa sub terra avaritiae minime absconderunt, sed hanc egregiam universitatem suis bonis erigentes largiflue dotaverunt'. Im zweiten Teile wird die luxuria geschildert, die den Menschen ins tiefste Elend bringt: 'Perpendentes igitur sollicite venerabiles et egregii doctores et magistri huius almae universitatis primicerii, ut non posthumi, hoc est: post eorum discessum ab hac inclita matre usque in praesens geniti, quod excellentia et dignitas totius cleri<sup>3</sup> vilificatur, dum voluptatibus luxuriae inquinatur, hanc almam universitatem laudabili conversatione et honestis moribus velut hortum fer-

1) Gest. 1442.

2) Über diese Stiftung durch Katharina habe ich sonst nichts finden können. Es handelt sich um das paedagogium in der Petersgasse (das spätere Collegium iuridicum). Vgl. Friedberg, Das Collegium Juridicum. Leipzig 1882, S. 36.

3) Auch hier bedeutet clerus die Gesamtheit der Universitätsangehörigen.

tilem plantaverunt, talentum quoque sibi commissum ab altissimo fideliter expendentes hanc eandem doctrinis salutari- bus tanquam pluvia temporanea et rore salutifero incessanter irrigantes a periculorum irruentium insultibus et dissentionum amfractibus viriliter defendere non cessabant murum pro hac domo domini se ipsos opposentes'. Drittens muß den 'increduli et superstitionis' der Tod sein 'metuendissima propter praesentium delectabilium amissionem, omnium difficultum difficillima propter animae et corporis poenalem separationem, omnium terribilium horribilissima propter divini iudicii in eos distinctissimam executionem'. Der Gegensatz: Econtra vero catholici huius almae universitatis benefactores in fide orthodoxa vitam futuri seculi firmiter credentes peccata sua piis donationibus curantes redimere hanc nostram universitatem post primaevos fundatores non paucis beneficiis variisque favoribus decreverunt instaurare. Das verpflichtet uns zur Fürbitte. 'Quamvis autem plura sint suffragia, quibus huiusmodi animabus subvenitur, utpote oblationes sacerdotum, preces sacerdotum sanctorum, eleemosynae et ieunia cognatorum, tamen adhuc unum paternitates vestras et dominationes exhortor, quod b. Augustinus ix. confessionum<sup>1</sup> suis parentibus mortuis fieri adoptavit, eorum scilicet haberi memoriam in vestris orationibus, dum ad altare divinum sacrificium pro vivis et defunctis offertur. Nam sicut redemptor noster, dum seipsum patri hostiam acceptabilem offerret in cruce, seipsum constituit mediatorem inter mortuos et viventes, Sic et nunc, dum missarum sollemnia peraguntur, in suo corpore et sanguine consecrato seipsum inter memoriam vivorum et mortuorum in medium sacrificium voluit collocari et utique non ad aliud nisi ad relaxationem peccatorum vitorumque, Et ideo hoc suffragium secundum doctores sua efficacia ceteris praeponderat, ob quod quam maxime facit ad peccatorum solutionem et adeptionem requiei sempiternae, cuius nos participes faciat Jesus Christus, qui pro nobis mortuus est, vivens et regnans deus in secula benedictus. Amen.'

---

1) c. 13.

5 Abendmahlspredigt über Psalm 23, 5: 'Parasti in conspectu meo mensam' von einem Ungeannten<sup>1</sup>.

Auf die Einleitung, die das Psalmwort in Zusammenhang mit Matth. 22, 1 ff. bringt und von dem Abendmahlsgast das hochzeitliche Kleid (caritas, congeries honorum operum) fordert, folgt das Thema. Tres mensas legimus, quas etiam glosa super dicto loco psalmi designat, Et primam in lege, 2<sup>am</sup> in euangelio, 3<sup>am</sup> in celo. 1<sup>a</sup> figurativa, 2<sup>a</sup> figurarum<sup>2</sup> impletiva, 3<sup>a</sup> utrarumque confirmativa.

I. Mensa illa legalis refectionis spiritualem celestis panis, qui de celo descendit, figurabat, non tamen praestabat. — Mensa legalis, quae fuit in litera quoad præparationem cibi et potus mensam, figurabat euangelicam, quae est in spiritu, quae iam paratur fidelibus in communione corporis et sanguinis domini nostri J. Chr.

II. Secundam mensam legimus in euangelio, quae est sacramentalis, quae recumbentem saciat ac refectionem spiritualem ministrat. Et haec erat figurarum impletiva. — In hac mensa seipsum nobis proponit Christus rex noster et dominus et nos cibat atque potat, non substantia materialis panis atque vini quasi in signo et figura, immovero nos cibat carne sua, quam traxit de virgine Maria, et sanguine suo nos potat, quam pro nobis fudit in sua sanctissima passione. — Revera est haec mensa propter duodecim effectus eukaristiae: 1. extinguit inordinatam concupiscentiam, 2. munit hominem contra demonum nequitiam, 3. confortat contra mundi tyrannicam serviciem, 4. purgat peccata, 5. unit deo, 6. perficit hominem in virtutibus moralibus, quae sunt temperantia, fortitudo, iustitia, prudentia, 7. memorem facit hominem passionis Christi, 8. reficit animam ex passionis memoria, 9. auget fidem, spem et caritatem, 10. confirmat in fide et in bona operatione, 11. sumenti digne et devote confertur vita spiritualis i. e. gratia spiritus sancti, per quam inflammatur, quia anima devota per virtutem eukaristiae igne spiritus sancti succensa currum igneum videtur ascendere cum Elia et re-

1) Handschr. 865, 99.

2) Figurae: Schaubrodtische, Manna, Osterlamm, Passalamm.

lictis terrenis omnibus in celestibus videtur conversari, 12. haec hostia facta est viaticum tendentium de praesentis peregrinationis exilio ad beatam supernae patriae mansionem, nam virtute illius viatici anima confortata veniet cum Elia ad montem dei Horeb, qui interpretatur mensa, quia significat futuram gloriam, quam deus digne illud sacramentum sumentibus felicissime preeponit. Propter igitur tanta dona, quae ex huiusmodi sacramenti perceptione digne sumenti conferuntur diligenti animo, devota mente et mundo corde nos studiose disponamus, ut puritate castitatis immunitae peccati mortalis, fervore devotionis, memoria dominicae passionis, promptitudine bonae voluntatis et amaritudine verae contritionis armati ad hanc mensam euangelicam summi regis accedamus, ut securius et expeditius Christo regi possimus famulari et ad hanc mensam euangelicam, quae est figurarum impletiva, pervenire.

III. Circa hanc supernam mensam septem sunt advertenda: 1. causa eius institutionis, 2. forma donationis, 3. mirabilia divinae operationis, 4. qualitas nostrae praeparationis, 5. modus manducationis, 6. effectus suae bonitatis, 7. consideratio eius utilitatis.

Behandelt wird nur 1. Triplex est causa institutionis huius mensae venerabilis, scilicet memoria salvatoris, sacrificium altaris, cibus hominis. Haec tria disposuit in hoc sacramento divina sapientia propter tria mala: 1°. contra oblivionem dei, 2° contra delictum rapinae alienae rei, 3° contra corruptionem pomi mortiferi.

Innuitio. 1. huius sacramenti invisibilis gratiae infusio ('parasti'), 2. huius sacramenti animae fidelis hoc percipientis interior illuminatio ('in conspectu meo'), 3. eternae gloriae futura fructio ('mensam').

6. Predigt am Tage des Thomas von Aquino  
(7. März) von einem Ungenannten<sup>1</sup>.

Überschrift: Pro me, sancte Thoma, Christum sacerditer ora,

Haec ut collecta propter te sint sibi grata.

1) Handschr. 865, 16.

**Text:** Matth. 5, 16: Luceat lux vestra coram hominibus.

**Einleitung:** Erörterung der Frage: utrum homo possit docere et dici magister vel solus deus?

**Thema.** Vitae sanctitate est clarius adornatus, qui sine fictione. Doctrinae veritate est certius illustratus, qui sine deceptione. Perfecta caritate est plenius inflammatus, qui sine defectione. Huic et sibi similibus dicitur: Luceat lux vestra coram hominibus.

**Innuitio:** In quibus quidem verbis ut digne et fructuose introductis applicando ea ad sanctum doctorem beatum Thomam a tribus commendatur: a conscientiae sanctitudine, qua angelis comparatur (luceat), a scientiae altitudine, qua mundus illustratur (lux vestra), ab eloquentiae pulchritudine, qua proximus edificatur (coram hominibus).

Nur der erste Teil wird ausgeführt. Hoc probat in eo culpae letalis immunitas ac virginalis puritas mentis cum decoro. — Sic iste sanctus doctor, sicut narrat papa Johannes 22<sup>us</sup> in litera canonisationis<sup>1</sup>, fuit a suo confessore in ultima sua confessione ita pius inventus sicut puer quinque annorum, quia nunquam suae carnis sensit corruptelam nec habuit alicuius mortalis criminis in voluntate consensum. Et idcirco idem Johannes Papa recitatis multis miraculis testimonium suae sanctitati perhibendo sic de sancto Thoma concludendo dicit: Haec sunt testimonia tua, deus, quae de hoc viro iusto nobis credibilia facta sunt nimis, nam si testimonium hominum accipimus, testimonium maius est, qui eius animam celum possidere iam credimus, intercessorem ipsum expectamus ac inter sanctorum agmina quasi stellam matutinam eum confidimus esse locatum, quod nobis etiam per huius sancti doctoris suffragia concedat doctor verus et magister dominus Jesus Christus, qui cum patre et spiritu sancto est benedictus in secula seculorum. Amen.

#### 7. Predigt in die Mauritii et sociorum eius (22. September) von einem Ungeannten<sup>2</sup>.

**Text.** Beati pauperes spiritu. Matth. 5, 3.

1) Acta Sanctorum Martii I, 716 ff.

2) Handschr. 865, 295.

**Thema.** Qui de numero perfectorum esse cupiunt, temporalia debent contemnere paupertatem voluntariam assumendo. Pro cuius clariori deductione triplicem adverto paupertatem, quarum prima est voluntaria et laudabilis, et est pauperum Christi, 2<sup>a</sup> est necessaria et tolerabilis, et est pauperum mundi, 3<sup>a</sup> est simulatoria et detestabilis, et est pauperum diaboli.

I. Tales sunt veri humiles et seculi contemptores, Christum regem super omnia diligentes et omnes affectiones in Christum ordinantes ita, ut nihil habere cupiant, nihil desiderent praeter ipsum vel in ordine ad ipsum. Et illa revera dicitur paupertas spiritu, dum quis mente et spiritu nihil sibi vendicat, imo nec seipsum nec aliquid aliud temporale nisi hoc totum alteri liberaliter et sponte donet et in ipsum referat ita, ut non sit vel esse velit sui iuris, sed domini sui, ad cuius honorem rerum suarum possessionem, si quas habet, ordinavit. — De omni statu ecclesiae possunt reperiri tali paupertate pauperes. Nam tales pauperes possunt esse boni reges, principes, milites, de quorum numero etiam fuit sanctus mortuus et beatus Mauritius, cuius hodie festum colimus cum sua inclita legione Thebea, qui in solius dei possessione contenti cetera omnia terrena, imo et vitam propriam pro Christo contempserunt. Nam Diocletiano imperatori eos ad persequendum Christianos invitanti et ad culturam idolorum cogere volenti tale leguntur dedisse responsum: Milites sumus, imperator, tui, servi autem, quod libere profitemur, Christi. Ad defensionem rei publicae arma suscepimus. Non est in nobis proditio nec formido, sed fidem Christi nullatenus deseremus. Nos pugnare adversus impios scimus, laniare pios et concives penitus ignoramus. Tibi debemus militiam, illi autem innocentiam, a te stipendum laboris, ab illo exordium sumpsimus vitae. Omnia pro ipso tormenta suscipere parati sumus, quia ab eius fide nunquam discedemus<sup>1</sup>. — Tales etiam pauperes sunt boni finium terrae iudices, coniugatae, virgines, viduae et laici, clerici seculares et religiosi. Nam quisque talium in caritate est et deum super omnia diligit,

---

1) Leg. aur. e. CXLI. 1.

si princeps vel praelatus est vel qualitercunque super alios constitutus potentatus, honores, divitias et cetera, quae suo statui communiter attribuuntur, non sibi, sed deo tribuit, an militat, an servit et pro quo diligentem animam suorum subditorum gerit et non solum sua, sed etiam seipsum pro eorum salute impedit.

II. Quamvis talis paupertas non est meritoria, poterit tamen fieri meritoria, si fuerit vera. Ad quod tria pree exiguntur: profunda humilitas, despecta contemptibilitas et rerum defectibilitas.

1. pro qua deus dat optimum, quod in hac vita dare poterit, scilicet gratiam. — Dicitur humilis quasi humo similis. Humus autem est fertilis, stabilis et despicibilis, quae tria in nostra humilitate debent convenire. — Fertilis: humiles non verbo tantum, sed opere et veritate. — Stabilis: stemus immobiles in prosperitate sicut in adversitate, in honore sicut in abiectione, in laudibus sicut vituperiis. — Despicibilis i. e. deformis in habitu exteriori, omnem sollicitudinem nostram in decorum interioris hominis ordinantes.

2. pro qua deus dat optimum, quod dare poterit in iudicio, sc. iudicariam potestatem, ut ipsi assessorum cum Christo iudicent totum mundum. — Judicium reproborum valde est timendum propter tria: propter omnium malorum influentiam, propter totalem sufferentiam, (in toto corpore et in omnibus membris et in anima hanc miseriam sustinebunt) propter eternam permanentiam.

3. pro qua deus dat optimum, quod est in regno celorum, quod est totum regnum. [Teil III nicht behandelt.]

Innuitio. Tria innuntur: 1° sancti martyres Christi describuntur tanquam admirabiles ('beati'). 2° notificantur velut imitabiles ('pauperes'). 3° declarantur ut orabiles ('spiritu') (nach Joh. 4, 24). — 1<sup>um</sup> probat ipsorum sanctitas (beati — Ps. 32, 1). 2<sup>um</sup> testatur mentis eorum iocunditas (pauperes — Jes. 29, 19). 3<sup>um</sup> insinuat interior puritas (spiritu — Ps. 33, 6<sup>b</sup>). — Nur auf das 1. (admirabiles) kommt der Prediger zu sprechen. Est autem triplex beatitudo large sumpto nomine, a qua denominative homines dicuntur beati. Sunt enim beati, qui ad regnum celorum sunt vocati, beatores,

qui re et nomine a beatitudine sunt denominati beatissimi, qui in regno celesti iam sunt collati. Quales sunt beati martyres Christi Mauritius cum sociis suis. De primis dicitur Apoc. 19, 9. De 2<sup>is</sup> Mt. 5, 3. De 3<sup>is</sup> Ps. 84, 5. Cuius quidem summae beatitudinis per merita sancti Mauriti et sociorum eius nos participes efficiat dominus noster J. C. Mariae filius, in secula seculorum benedictus. Amen.

---

Es ist viel Scholastik, die an unserem geistigen Auge vorübergezogen ist. Wenn sie auch des Steifen und Formelhaften viel an sich trägt, so veranschaulicht sie uns doch einen Teil des Universitätsbetriebes, der bisher kaum beachtet worden ist. Zudem hat eine Reihe von Männern vor uns gestanden, von denen uns bisher fast nur die Namen bekannt waren. So trocken zunächst die zeitraubende und mühsame Durchforschung des weitschichtigen Materials erscheint, es bietet doch interessante Seiten genug.

Die „Rede“ bei feierlichen Akten, nicht nur in der Kirche, nahm im Betrieb der mittelalterlichen Universität einen außerordentlich weiten Raum ein. Den Weg vom baccalarius zum magister artium und von da zum Kursisten und sententiarius bis zum aulandus bezeichnet eine Reihe umfänglicher Redeakte. Auch hier bieten die Handschriften der Leipziger Universitätsbibliothek zahlreiche Beispiele, die uns wie die im Vorliegenden behandelten Predigten gleichfalls die Statuten der Universität greifbar veranschaulichen.